

316
 sus, & Andrea in Tyrocio Socius, qui postea Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium coetui adscriptus, & Neapolitanae Ecclesiae praefectus fuit, ac tandem ea sanctitatis fama obiit, ut ejus Beatificationis causa apud Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus praepositam agi coepit. Hic ergo piissimus Praeful, quos olim in sui Professione habuit Fratres, hos in Pastoralis sui Gregis cura voluit Coadjutores. Placentiae itaque benigne, admanterque a Paulo Andreas excipitur, Pietasque Pietatem amplectitur, & osculatur: Quidquid autem Andreae virtus Pauli Socii unita virtuti in administrandis inibi Sacramentis, procurandaque animarum salute peregerit, opera ipsi testantur. Unum tamen praeter ceteris loquatur flagrantissimae charitatis monumentum, quo Mulleres infixae in profundo libidinis caeno feliciter emerse demonstrantur. Ex harum numero duodecim, Episcopo opem dante, intra septem mensibus Domus Beatae Mariae Magdalenae postmodum nuncupate, veluti intra hortum conclusum primas Poenitentiae plantas transfudit. Has ubi ingeniosus Agri Dominici Cultor Divino inseruit Amori, tanta germinavit ex eis bonarum frugum ubertas, aliorumque beatae Palmitum propago, ut Domus illa sudore affiduo, & laboriosa Agricola sollicitudine exculta Paradisi viretum Coeli rore fecundatum ipsis Angelorum oculis videretur.

Placentinae
 Diocesis Cle-
 mentis
 disciplinae re-
 stituit.

§.16. Non abfimiles laboris sui fructus collegit in reformando Placentinae Diocesis Clero, quem crescentes quorundam vitorum, & corruptorum morum vepres suffocabant. Paulus Episcopus praefatus vi Decretorum Concilii Tridentini perniciosos hujusmodi fontes evellere cupiens, Beati Andreae opera, opportuno satis consilio, uti statuit. Andreas ergo, Dux ceteris Viris huic operi pie adlaborantibus datus, opus illud difficillimum usque ad extremum perfecit, evulsisque alte defixis vitorum radicibus, Clero praefato Bonae Terrae nomen dedit, bonoque Reformationis semine in eam deinde profecto, multiplex exoritur, foecundaque virtutum mellis spem Agricola, quamvis avidam, non fecellit.

Visita Prae-
 vincias tres,
 & Mediolani
 Praepositus co-
 stituitur ubi
 divitias con-
 temnit.

§.17. Interea ad propria suae Congregationis incrementa totius Insubriae Provinciae Visitator designatus fuit, & deinde Mediolanum, ut in nova Domo Praepositi munere fungeretur, delegatus, nova exhibuit Sancto Carolo suae probitatis exempla. Illud equidem praecipuum, quod ex elemosynis a liberali ejusdem S. Caroli manu quolibet mense sibi donatis Andreas, illa tantum portione retenta, quae ad alendam ejusdem Domus Familiam satis erat, reliquum, vere Sancti Cajetani Filius, remittebat Donanti, qui donum a se missum pulchra virtutis usura adauctum ad se reverti mirabatur. Ad Romanam postmodum, ac Neapolitanam Provincias visitaturus accessit, & in eis perlustrandis maximas Ordini suo utilitates indefesso labore procuravit.

Iterum S. Pau-
 li Domum praef-
 e-runt, utran-
 que sedi ious
 ob annuam re-
 nutiam, sedat.

§.18. Demum, etsi ab omni praeminentia gradu abhorreret, invitatus ad iterum praefati Sancti Pauli Domum regendam, Deo sic disponente, expetitus fuit, ut insignis ejus virtus illic rursus elata caeleste lumen copiosius effunderet. Ea quippe tempestate deficiente Neapoli

Annona, populosa illa Civitas seditiose ferebatur in Principem. Andreas jejunis ventribus, animisque clamantibus provide occurrit; nam quidquid frumenti in domestico horreo servabatur, Pauperibus distribuit, solemnesque ad avertendam Coeli iram supplicationes indixit, quapropter illius verbo, & exemplo quamplurimi ad poenitentiam revocati a seditiosorum Turba se subtraxerunt, factaque est populo illi astuanti tranquillitas magna.

§.19. Tot itaque meritorum radiis coram Deo elucebat, & hominibus, ac praefatis duobus emanatis ab eo votis constanter incumbens, mortificationemque Jesu Christi in corpore suo circumferens, propriae semper ita obstitit voluntati, ut Divinae gratiae roboratus praesidio, novum de die in diem perfectionis gradum contenderet, & asperrimis sui corporis afflictionibus poenitentiae victimam sanctae mortificationis gladio mactatam sese offerret Deo, qui hujus hostiae odoratus odorem suavitatis, quamplura charismatum dona fideli, bonoque servo suo ad illustrandas ejus virtutes largiri dignatus est. Emicuit inter ea divinitus collatum, ac pene sibi familiare Prophetiae lumen, quo quidem illustratus, futura, & absentia, quasi praesentia sepe vidit, occultaque humani cordis aliquando cognovit.

Prophetiae lu-
 mine illustra-
 tus occultae
 cognoscit.

§.20. Verum oclavum jam supra octogesium suae aetatis annum, qui erat nostrae reparationis MDCVIII. attingens Beatus Andreas, primo mane e tirato surgens, ac Sacellum ingressus, & sacerdotibus de more ornamentis indutus, ad aram Missae sacrificium celebraturus accessit: ubi vero rem Divinam agere coepit, ad illa verba: *Introibo ad Altare Dei*; ita repente, Apoplexia percussus fuit, ut nisi Minister Sacrificio inserviens jamjam labentem supposita manu sustentasset, in terram corruisset, si corrue- rit utique poterat fortis ille Senex, quem senectus Christo occupaverat fervientem, & quem extrema dies Salvatoris invenerat militantem.

Anno 83. fae-
 oratis, dum
 factum agere
 incipit, apo-
 plexia corri-
 pitur.

§.21. Adhaere protinus Adhaerentes, tum Patres, hac de re moniti, supervenientes illum in Eodem Templo proximam adduxerunt, & sacris exuerunt vestibus: Plura subinde, sed frustra, adhibita fuerunt medicamina: nam violenta morbi rabies omnem ei loquendi usum abstulerat, illa tamen in totum discernendi facultate, quod per data ab eo signa plane compertum fuit, motibus nempe quibusdam, ac nutibus, ut ad aram majorem perduceretur, arcens ostendit desiderium, ut stans coram illa, & in ea consumpta Deo universa mortificati sui corporis hostia, extremus, qui supererat, & morituro tunc in pectore vitae ignis tepebat, quemadmodum vivens exarserat, Divino quoque moriens extingueretur amore.

Sine loquela,
 sed mente il-
 laza nutibus
 petit SS. Eu-
 charistiam.

§.22. Cum vero superiorum suscipienda Eucharistiae gratia id expeteret, interrogasset, annuit ille iterato capitis flexu: nec a nutibus desistere, & quiescere visus, nisi cum hoc de negotio se idem Superior illi satisfacturum spondisset, postquam scilicet, quod erat tunc opportunius, in cubiculum Aegrotans asportatus fuisset. Eo perductus, ac lectulo stratus, Medicis, qui jam advenerant, nullam salutis spem dantibus, sed intra paucas horas Aegrum moriturum pronunciantibus, Sanctissimo Viatico, extremaeque deinde Unctione munitus fuit: in tanta ve-

Quam reve-
 renter sumit,
 & extremae
 Unctione munitur.

ro spi-

ro spiritum perturbatione, singulari Dei beneficio, ita mente semper libera permansit, ut viso a longe in Sacerdotis manibus Divino Sacramento, editis haud vulgaribus Pietatis, & Devotionis indicis, e lecto surgere, quantum per vires licuerat, conatus fuerit, non nisi humi stratus Domini Gloriam in sui corporis hospitium suscepturus, quibus & morbi adversarius impetus, & Superioris obstitere praecipuum.

Superato hu-
 mani generis
 hoste ad Ca-
 lum Trium-
 phator evolat

§.23. Itaque suscipiens Ecclesiae Sacramentis, per aliquot horas aliquatenus conquiescens, tum ex Religiosis Viris, tum ex Secularibus in ejus cubiculum introeuntibus, atque ab eo benedictionem postulantibus, singulos ille penitus agnovisse indicans, singulorum vota paterne benedictionis munere dignatus est. Extremo demum ingruente Agone, non semel equidem validissimum cum humani generis hoste certamen in illa novissima vitae arena se initurum ipse praedixerat, proptereaque omnes Orationi instantes vellet, ut iis intercedentibus Divinae misericordiae auxilium, quo victor evaderet, assuturum speraret. Mox ubi, qui praesentes erant, Andreae vultum, quasi inducitur trepidationis, ac mororis nube obumbratum viderunt, certamen ab ipso praedictum ei adesse rati, ferventissimas pro eo preces ad Deum fundere coeperunt. Verum Andreas, conversis iterum atque iterum firmissimo intuitu oculis ad piissimam imaginem e cubiculi pariete pendentem, confictae redditus tranquillitati hilaris Triumphator in Coelum ad capefendam boni certaminis, quod certaverat, coronam, & attingendam beatam consummati cursus metam evolavit.

Sanctitatis fa-
 ma post obitum
 diffunditur,
 conficiturque
 statim proces-
 sus, eorumque
 auctoritate
 approbata
 a tribus Rorae
 Auditoribus:
 constare de
 virtutibus he-
 roicis, & mi-
 raculis reu-
 catur.

§.24. Post ejus in Domino obdormitionem longe, lateque diffusa est sanctitatis suae fama: Quapropter Anno MDCVIII. defunctus, Anno vero MDCXXV. a fel. record. Urbano PP. VIII. Praedecessore nostro inter Beatos solemniter Ritu adscriptus fuit: Et quia nondum Apostolicae auctoritate instruitus fuere Processus, quorum examine secundum consuetudinem eo tempore receptum, tribus Antiquioribus tunc existentibus causarum Palatii Apostolici Auditoribus demandato, illi Actorum validitatem approbaverunt, & B. Andreae virtutes heroicis attigisse gradum, & octo inter alia partim, dum viveret, partim post mortem ab ipso patrata miracula communem operandi modum a natura institutum transcendisse, praevia discussione declaravit.

In Congrega-
 tione appro-
 bata fuerunt
 miracula.

§.25. Horum omnium Relatio in praefata Rituum Congregatione exposita una cum eorumdem Auditorum judicio discussa fuit; qua discussione praefata, eadem Rituum Congregatio, & validos Processus, & Andreae virtutes heroicis esse censuit, admittisque inter vera, & probata miracula septem instantaneis sanationibus, infra scriptum quoque pro miraculo habitum fuit.

§.26. Accidit aliquando, ut Beatus Andreas Domum Camilli de Curtis Neapolitana in Curia Regentis, Catharinam Carassiam morbo decubentem visitaturus adiret, eique Christiana pietatis officia more suo praefaret, quibus inde perfunctus circa tertiam noctis horam, reculato quod in promptu erat, Rheda commodo, pedes ad praefatam Sancti Pauli Domum reversurus discessit, interim copiosus, dum iret, e Coelo indefinenter cadebat imber: Nihil tamen minus ne una quidem aequa gattula Servi Dei, Sociique vestes asperfit, tergitque: imo Homines duo, qui via comites dati, ut accensam praerferrent facem, ubi haec imbrium, & ventorum impetu extincta fuit, Andream repentina luce circumfusum viderunt, quare Homines ad praefatam Sancti Pauli Domum feliciter pervenerunt. Ad haec iidem duo per longum itineris tractum, & dum Dei Servo famularentur, & dum ad suas postmodum Aedes redirent, continuo maxima circumquaque imbrum copia decedente in nulla, aut corporis, aut vestimentorum parte injuriam, quantumvis minimam, ab aquis undique desluentibus, acceperunt.

Inter qua ha-
 berit, quod
 obfura nocte
 Caloqne plu-
 vio coruscant
 iole, & non
 madefactus
 cum locus ins
 cesserit.

§.27. Porro quidquid a praefata Rituum Congregatione de validitate Processuum, tam de heroico virtutum gradu, ac de miraculis judicatum, idem Urbanus Praedecessor confirmavit, ejusdemque Rituum Congregationis, esse locum solemniter Servi Dei Beatificationi pronunciantis Decreto annuens, die x. Junii praefati Anni MDCXXV. Andream Beatorum Factis adscripsit, & Clericis Regularibus Theatinis praefatis, ut in ejus honorem Officium, & Missam de communis Confessorum non Pontificum celebrarent anniversaria die obitus Servi Dei quotannis concelebraret, ac id ipsum ceteris Sacerdotibus die praefato in eorumdem Clericorum Regularium Theatinorum Ecclesiae celebraturus indulgit.

Hinc anno
 1621. ab Ur-
 bano VIII.
 Beatorum fa-
 ctis adscripsit
 fuit cum Missa,
 & officio
 in die obitus.

§.28. Interea Neapolitana, nonnullaque Siciliae Urbes Beatum Andream in Patronum, ac Protectorem sibi eligendum statuerunt: Et quia nondum ab Apostolica Sede, ne ii, qui Beatorum dumtaxat nomine insigniti, nec inter Sanctos adhuc solemniter relati fuerunt, in Urbium, Locorumque Patronos adscriberentur, statutum fuerat: idem Urbanus Praedecessor, audita prius hac de re praefata Rituum Congregationis sententia, ut de Beato Andrea tanquam de Patrono, ac Protectore apud Neapolitanos, Capuanosque Missa, Officiumque recitarentur, benigne indulgit, Patribusque Theatinis, in quorum generalibus Comitibus statutum extiterat, ne quemquam, vel minima a Beati Cadavere distraeta portione donatum vellent, facultatem dedit, ut Neapolitani Civibus partem Corporis Beati Andreae inter Lipsana Majoris Ecclesiae Neapolitanae reponendam dono darent.

Item Neapo-
 litana, Cap-
 uana, & Pa-
 trona, & Pro-
 tectorum, & Pro-
 tectorum da-
 tas fuit, nec-
 non illis con-
 cessi, nisi ali-
 qua Corporis

§.29. Post autem ejusdem Urbani Praedecessoris Decretorum promulgationem, facta novae Commissionis gratia, negotium Canonizationis Beati Andreae reassumptum fuit; & ad renorem Apostolicarum desuper editarum Constitutionum praefatarum, hujusmodi causam excipiendam declaratum, & adacta in dies Beati Andreae fama Sanctitatis, ejus nomen una cum eis, quae in Romano Martyrologio legitur, rite adnumeratum Apostolica auctoritate

Reassu nota
 causa Canoni-
 zationis, eius
 nomen in Mar-
 tyrologio ad-
 numeratum,
 facti, concessi
 fuere in-
 nes 2. No. 2.
 ni, & appro-
 bata tria mi-
 racula.

cx.

extitit, ac Patribus Theatinis permiffum, ut proprias de eodem Beato Andrea lectiones a præfata Rituum Congregatione, audito Fidei Promotore, approbatas in fecundo Nocturno publice recitarent. Datis poftea Literis Remifforialibus, ac Compulforialibus, ut ea, quæ poft Beati- ficationem hujufmodi acciderant, probarentur, varii de novo diverfis in Locis conditi fuerunt Processus, quorum poftea difcufla, & probata fuit validitas, & ex octo a Poftulatoribus in Congregatione coram Nobis habita propofitis miraculis, tertium, quartum, & sextum plene approbata fuerunt.

III. Videlicet

§.30. Tertium autem fuit Sanitas Jacobo Giovio in infanti refiftuta. Hic enim attraéta, & exiccata nervorum compage in dimidia fuperiori corporis parte vitale officium minime expeditum habebat.

IV.

§.31. Quartum fuit infantanea item curatio Joannis Baptiftæ Corizzi a nimis alte capiti inflicto vulnere, ne relicto quidem vel minimo cicatricis veftigio.

V.

§.32. Sextum denique fuit Scipionis Arlei infantanea pariter fanatio: Siquidem hujus graviter contufa frons, ac laxata, quæ per collum extenduntur, vertebrae, illico fuerunt priſtinæ integritati refiftuta.

Horum Pontificia approbatio an 1704

§.33. His itaque ordine ſuo peractis, Nos dilato per id temporis iudicio noſtro, ut precibus ad Deum de more porrigendis in re tam gravi ſumme neceſſariis in antecellum vacaremus, poſtmodum die xxv. Maji Anni MDCCIV præfata tria miracula auctoritate noſtra Apoſtolica comprobavimus.

Deinde indi- cta fuit Canoniſatio pro 12. Maji 1707

§.34. Denique cum die xviii. Novembris præfati Anni MDCCIV. Generali Congregatione coram Nobis habita, propoſitoque dubio an tuto ſolemnis Beati Andreae Canonizatio perficienda foret, affirmativeque Venerabiles Fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales præfate Congregationis Sacris Ritibus præpoſitæ reſpondiſſent; Nos & preces ipſi fundere ſta- tuimus, & ut a Chriſtiffidelibus fundereſſentur indi- ximus. Demum vocatis dilectis filiis Secretario præfate Rituum Congregationis, & Fidei Promotore die xii. Maji Anni MDCCVII. ut Beatus Andreas ſolemnis ritu Sanctorum Albo ad- ſcriberetur, auctoritate noſtra præfata decre- vimus.

In Conſiſto- rio ſecreto re- latio præſen- ſorum, & una omnium ſen- tentia de Ca- nonizatiōe.

§.35. Supererat, ut præmiſſorum relatio- nem, & univerſam cauſam iidem Cardinales de more accuratiſſime recenſerent, ac pro rei gra- vitate recognoſcerent, id quod cum recte, fide- literque præſtiſſent, idemque omnes cenſuiſ- ſent, ac denique dilectus filius noſter Ferdinandus ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina- lis de Abdua pro Venerabili Fratre noſtro Gaſ- pare Epifcopo Sabinae. præfate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Carpinea nuncupato, præfate Congregationis Præfecto, qui tunc legitimo morbi impedimento detinebatur, ſuam, & Collegarum ſententiam cum totius ſumma Pro- ceſſus retuliſſet in Conſiſtorio noſtro ſecreto, reliqui Cardinales qui aderant in eamdem con- ceſerunt Sententiam.

In publico peroratio pro Canonizatiōe præces Ordinis Theati- norum, & hor- ratio ad im-

§.36. Nos itaque, cum in publico Conſiſto- rio dilectus etiam Filius Philippus Sacripantes Fiſci, Camera Apoſtolice, & Conſiſtorialis Au- læ noſtræ Advocatus pro ejus Canonizatiōe, luculenter peroraſſet, ac nomine totius Ordinis

Clericorum Regularium præfatorum, ut ad eam procedere dignaremur, humiliter ſupplicafſet, de tanta re Venerabiles Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epifcopos præfatos præſentes vehementer in viſceribus Chriſti hortati ſumus, ut Orationibus inſtantes, in jejunii, & eleemoſynis eorum animas coram Deo nobiſcum humiliantes, aliſiduis precibus a Patre Luminum expoſcerent, ut ex alto ſuper Nos lucem ſuam, & veritatem ſuam emittere, quæ Nos ad voluntatem, & beneplacitum ejus cognoscendum, & perficiendum deduceret.

plorandū di- vinum auxilliū

§.37. Igitur in ſemipublico Conſiſtorio, quod ſubinde celebratum eſt, vocatis non modo Car- dinalibus, ſed Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epifcopis in Curia Romana exiſtentibus, præſen- tibus etiam noſtris, ac Sedis Apoſtolice Nota- riis, nec non cauſarum præfatarum Auditoribus, cum plura a Nobis de eximia ſanctitate Servi Dei, ac miraculorum celeritate commemorata fuiſſent, expoſitis etiam infantis, quæ a Catho- licis Regibus, & Principibus dudum in hujusmo- di cauſæ primordio Apoſtolice Sedi porrectæ fuerant, & a Nobis nunc a toto Ordine præfa- to porrigebantur, omnes concorditer, ac uno ore benedicentes Deum, Beatum Andreae cano- nizandum eſſe, atque inter Sanctos Confeſ- ſores adſcribendum cenſuerunt. Quorum om- nium audito conſenſu, intimo cordis affectu exultavimus in Domino, qui Eccleſiam ſua- miſericorditer reſpexerat, Canonizationis publi- cavimus diem, eodemque Fratres, ac Filios noſtros monuimus, ut in orationibus, & ele- moſynis perfeverarent, ut in tanto opere exe- quendo ſplendor Domini Dei noſtri eſſet ſuper Nos, opusque manuum noſtrarum ad ejus vo- luntatem perficiendam dirigeret.

In ſemipubli- co præces Re- gum, Princi- pum, ac Ordini- nis, comme- moratio Vir- tutum ac Mi- raculorū, om- nium conſen- ſus, & indi- ctiō diei pro Ca- nonizatiōe.

§.38. Demum peractis omnibus, quæ ex Sa- cris Conſtitutionibus, Romanæque Eccleſiæ conſuetudine peragenda erant, hodie, quæ fuit dies Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis, in Sacro- ſancta Principis Apoſtolorum Baſilica Cæleſtis Sponſæ ritu ornata cum Venerabilibus Fratri- bus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali- bus, nec non Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epi- ſcopis, Romanæque Curie Prælatiſ, Officialibus, & Familiaribus noſtris, Clero ſeculari, & Re- gulari, ac maxima Populi frequentia conveni- mus, ubi repetitis pro Canonizationis Decreto petitionibus nomine præfate dilecti filio no- ſtro Annibale Tituli Sancti Eufachii Cardinali Albano nuncupato noſtro ſecundum carnem ex Fratre Nepote per Dilectum etiam Filium Mar- cellinum Corium Advocatum, decantatis ſa- cris precibus, & litaniiſ, ac Spiritus Sancti gra- tia humiliter implorata, ad honorem ejuſdem, Sanctæ, & individuae Trinitatis, & Fidei Catho- licæ exaltationem, auctoritate Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Beatorum, Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, de Ve- nerabilium Fratrum noſrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archie- piſcoporum, & Epifcoporum in Romana Curia præſentium conſilio, ac unanimi conſenſu, pia memorie Andreae Avellinum, de cujus vita ſanctitate, Fidei ſinceritate, & miraculorum excellentia plene conſtabat, & conſtat, Sanctum eſſe definiimus, ac Sanctorum Confeſſorum Ca- talogo adſcribendum decrevimus, prout præ- ſentium tenore definiimus, decernimus, & de- ſcri-

Canonizatiō die Dominica SS. Trinitatis in Baſilica Vaticana.

ſcribimus, illumque univerſos Chriſtiffideles, tan- quam vere Sanctum honorare, & venerari man- davimus, & mandamus.

Festum die 10 Novemb. cū Indulgentia per totam o- riam.

§.39. Ac ab univerſali Eccleſia in ejus ho- norem Eccleſias, & Altaria, in quibus Sacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſecrari, & ſin- gulis annis die x. Novembris, qua ad Cæleſtem gloriam vocatus eſt, ab univerſali Eccleſia me- moriam ipſius inter Sanctos Confeſſores non Pontifices pia devotione recolimus, ac omnibus Chriſtiffidelibus vere poenitentibus, & conſeſſis, ac ſingulis annis eadem die x. Novem- bris ad Sepulchrum, in quo Corpus ejus requie- ſcit, viſitandum accedentibus unum annum, & unam quadragenam, iis vero qui in ejuſdem Fe- ſti octava ad Sepulchrum præfatum accedent, quadraginta dies de injunctis poenitentiiſ miſe- corditer in Domino eadē auctoritate relaxamus.

Canonizatiō ni Adſcri- ptum Peccato- rum plenaria remiſſio.

§.40. Poſtremo gratias Deo cum exultatio- ne animi noſtri agentes, quod Sanctum ſuum in conſpectu omnium Gentium honorificaverit, ac tam inſigni ſplendore Eccleſiam ſuam decora- verit, omnibus Chriſtiffidelibus, qui Nobis ad Al- tare Principis Apoſtolorum in præfata Baſilica Miſſam ſolemniter celebrantibus cum ejuſdem Sancti Confeſſoris commemoratione interfue- runt, plenariam omnium peccatorum ſuorum, indulgentiam conceſſimus.

Claſula.

§.41. Cæterum quia difficile foret præſentes ad ſingula Loca, ubi opus eſſet, deſerri; volu- mus, ut earum exemplis, etiam impreſſis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Per- ſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ ejuſdem præ- ſentibus adhibetur, ſi exhibere eſſent, vel oſenſe.

§.42. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſrorum Deſinitionis, Decreti, Adſcriptionis, Mandati, Statuti, Relaxationis, Conceſſionis, & Voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni- potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſto- lorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incar- nat. Dominice milleſimo ſeptingentefimo duode- cimo, undecimo Kal. Junii Pont. Noſtri Anno XII.

✠ Ego Clemens Catholicae Eccleſiæ Epifcopus.



- Nicolaus Epifcopus Portuen. Card. Acciajolus.
Fabritius Epifcopus Præneſtinus Cardinalis Spa- da.
G. Tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyter Card. Mareſcotti.
F. Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinal. Altalii.
B. Tit. S. Præſedis Presbyter Cardinalis Panca- ticus.
F. Tit. S. Balbina Presbyter Cardinalis de Abdua.
Fr. Thomas Maria Ord. Prædic. Tit. S. Cleme- tis Card. Ferrarius.
Joſeph Tit. S. Mariae Tranſpontina Presbyter Card. Sacripantes.
J. B. Tit. S. Caſarei Presbyter Card. Spinula S. R. E. Camerarius.
F. Tit. S. S. Jo. & Pauli Presbyter Card. Paulu- tius Major Penitent.
Franciſcus Tit. S. Eufebii Presbyter Cardinalis Martellus.
Laurentius Titul. S. Susanna Presbyter Card. Corſinus.
Franciſcus Tit. S. Cecilia Presbyter Card. de Acquaviva.
Philippus Titul. S. Chryſogoni Presbyter Card. Gualterius.
J. Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter Card. Vallemanus.
J. Tit. Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincia Presbyter Card. de la Tremoille.
C. A. Tit. S. Auguſtini Presbyter Card. Fabro- nus.
Aloysius Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Priolus.
Jo. Baptiſta e Societate Jeſu Presbyter Cardin. Tibolomans.
Fr. F. M. Tit. S. Prifca Presbyter Cardinalis Cajanus.

- † B. S. Maria in Via lata Diaconus Card. Pamphilius.
- † Petrus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Card. Ortbobonus.
- † Carolus S. Agatha Diac. Card. Bibius.
- † J. R. Diaconus S. Georgii in Velabro Cardinalis Imperialis.
- † Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Barberinus.
- † L. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. de Alteriis.
- † C. S. Maria de Scala Diaconus Cardinalis Columna.
- † Nicolaus S. Maria in Cosmedin Diaconus Cardinalis Grimaldus.
- † Annibal S. Eustachii Diaconus Cardinalis Albanus.

LXXI.

Dat. 18. Junii 1712. An. 12.

Declarantur nulla restitutio Ecclesiasticae Communioni Officialium Civitatis Liparen., aliaque gesta a Delegato praetensi Tribunalis Siciliae adversus Vicarium Gen: Episcopi Liparen. ejus Curiae Ministros, alioque, cum eorumdem damnatione, & publicatione censurarum.

Const. ed. 1711, Oct. 17, P. 11 declarata saepe nulla gesta in Hispaniis Ecclesiae juribus praedicta. Const. ed. 1712, Dec. 3, P. 14 declaratur nullum Edictum contra excommunicationem, quendam in Republ. Januensi. Et Const. ed. 1713, Dec. 23 P. 14 nulla declarantur gesta a Judice Monarchiae Siciliae contra Excommunicationem, & Interdictum factum ab Episcopo Agrigentino.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Molestia illatae fuerit Episcopo Liparen. in odium excommunicationis, quae incurritur de claraverat officialis d. Civitatis.

AD Apostolatus nostri notitiam, non sine gravi animi nostri perturbatione pervenit, quod cum Venerabilis Frater Nicolaus Maria Episcopus Liparen. ante aliquot menses Joannem Baptistam, sive Baptistam Tesorerum, & Jacobum Christo Civitatis Liparen. Officiales, vulgo: Catapani; nuncupatos ex causa violatae ab eis Immunitatis Ecclesiasticae poena excommunicationis Nobis, & Apostolicae Sedi reservatae innodatos, rite, ac servato juris ordine, declarasset, Secularis potestatis Regni Siciliae Administris, quamvis ejusmodi negotio, quod ad eos non pertinebat, nullatenus sese ingerere debuissent, nihilominus minime attento, quod Ecclesiae Liparen. Antistes Nobis, & huic Sanctae Sedi immediate subjectus, ac tot, tantisque ab ea gratiis, & privilegiis insignitus reperitur, eundem Nicolaum Mariam Episcopum, ejusque Ministros multiplicibus, gravibusque vexationibus propter praemissa afficere, ac exagitare veriti non fuerunt. Quinimo, tametsi excommunicatione praedicta, tanquam ab Ecclesiastica Immunitatis violatione proveniens, in eorum numerum referenda esset, quarum absolutio non nisi a Romano Pontifice pro tempore existente obtineri potest, ita ut nemini alteri, etiam ad cautelam, ac cum reincidentia, & ad effectum agendi tantum, eam concedere fas sit; tamen

A quodam Tribunali Siciliae concessa fuit absolutio, quae a Congreg. Conc. ne Immunitatis nulla declarata fuit cum publicatione decreti.

quoddam praetensum Tribunal ejusdem Regni nulla ad id legitima facultate sussultum Officialibus praedictis, sicut praemittitur, excommunicationis absolutio beneficiis impendere ausum fuit. Qua postmodum re ad Judicium nostrum delata, & a Nobis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & Controversiis Jurisdictionalibus praeposita commissa ab eadem Congregatione, praevio diligenti, ac maturo examine, Decretum prodit, quo absolutio a dicto praetenso Tribunali concessa praefatis Excommunicatis nulla prorsus, ac irrita ex defectu jurisdictionis declarata fuit, idemque Decretum a Nobis approbatum, in dicta Civitate Liparen. jussu nostro promulgatum subinde fuit, ut pro veteri Ecclesiae more iidem Excommunicati, velut aqua, & igne interditi, & tanquam putrida membra canonicae severitatis gladio abscissa, ne totum corpus inficerent, ab omnibus Christianidelibus vitarentur. Hinc porro secutum fuit, ut quidam Vincentius Aucellus Ecclesiae Sancti Petri Panormi Canonicus cum Notario, armataque familia Liparam ablegatus fuerit ad hoc, ut nedum Authores, & confcios promulgationis memorati Decreti diligenter inquireret, ac puniret, verum etiam praedictos Officiales, sicut praemittitur, excommunicatos Christianidelium commercio, Sacramentorumque participationi, publica ejusdem Congregationis declaratione contempta, restitueret. Quae omnia idem Vincentius pro Regio, sive antedicti praetensi Tribunalis Delegato se gerens, non sine maximo Fidelium scandalo, summaque Ecclesiasticarum Legum injuria, ac manifesta etiam Apostolicae Sedis offensione, audaacter executus fuit. Primum enim omnium, statim ac Liparam pervenit, praedictos Excommunicatos secum ad Ecclesiam B. Virginis Gratiarum nuncupatae palam adduxit, & Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare ipsis praesentibus non exhorruit. Deinde pluribus ex Seculari, & Regulari Clero Sacerdotibus ad se accitis injunxit, ut ipsos Excommunicatos ad communionem in divinis, & Sacramentorum participationem admitterent, gravibus, si secus fecissent, indictis poenis, quin etiam nonnullos, qui divini judicii timore correpti iis Sacramenta Ecclesiae administrare ante illud tempus merito detrectaverant, pecuniariis multis afficere, & ad eas repraesentandas vi compellere non erubuit. Praeterea peccata peccatis adjiciens, misso Francisco Aucello Nepote suo una cum Laurentio Mauricello, sive Morello executore ad Dilectum Filium Didacum, Hurtado praedicti Nicolai Mariae Episcopi Vicarium in Spiritualibus Generalem, tunc maxime in Episcopali Palatio de rebus ad Sanctum Officium pertinentibus cum Consultoribus, & Qualificatoribus ad id deputatis agentem, pari temeritate personaliter ei praecipi, ac intimari fecit, ut sub poena quadringentarum unciarum monetae Siculae usque ad novum ipsius Vincentii mandatum domum pro carcere retineret. Cumque idem Didacus Vicarius Generalis ipsius Vincentii impetum coercere, eumque ad salubriora consilia revocare, & agens illi transmississet judiciale Monitorium, quo tam ipse, quam Franciscus ejus Nepos, ac Laurentius praedicti causam dicere requirebantur, propter quam declarandi non essent innodati censuris, quae Apostolicis

A quodam Canonico Delegato d. Tribunalis communioni restituti fuerit excommunicati, aliaque temeritate gestata in Vicarium Gen: a quo editum fuit monitorium pro incuria censurarum.

Ab eodem Delegato capivi facti sunt Vicarius Gen: Episcopi Confessarius Ministri Curiae Episcopi, ac quidam Sacerdotes in carcerem coacti & alia iniqua gesta.

licis Constitutionibus, ac praesertim fel. rec. Julii Papae III., quae incipit: Licet a diversis: necnon Pii Papae V. Praedecessorum nostrorum, cujus initium est: Si de protegendis: adversus impeditentes Inquisitores, & Causas Sanctae Inquisitionis praescribuntur: idem Vincentius caeca, inconsultaque abreptus ira eo audacia progressus fuit, ut non modo binos Sacerdotes, qui ejusmodi Monitorium ipsi reddiderant, constringi vinculis, ac arctissimum in carcerem detruendi mandaverit, verum insuper assumptis secum Joanne Baptista de Albertis Notario, Nicolao Sciacca Actuario, praedicto Laurentio Mauricello, seu Morello, & Josepho Xhiaxia Executoribus, vulgo Algoziris nuncupatis, necnon quinquaginta Militibus Stationariis, Episcopale Palatium, ubi supra dictus Didacus Vicarius Generalis morabatur, bellico more circumseperit, portam vi adhibita, occupaverit, injectisque in eundem Didacum Vicarium Generalem facilem manibus, tum ipsum, tum etiam Dilectum filium Ildephonsum Aretium Monachum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis memorati Nicolai Mariae Episcopi Confessarium captivos detineri praecerit, domumque ipsius Didaci Vicarii Generalis, in quam ambo mox sese receperant, a praedictis Stationariis Militibus diu, nocturneque per plures dies custodiri fecerit. Ad haec pari audacia incustodiam tradiderit Notarium, Actuarium, ac reliquos omnes Curiae Episcopalis Liparen. Ministros, necnon dilectum pariter filium Franciscum Canalem Parochum Cathedralis Ecclesiae Liparen., & octo alios Sacerdotes non alterius criminis reos, nisi quod praefatis Officialibus, quibus Sacris interdictionem erat, Ecclesiae Sacramenta ministrare abnuissent. His vero minime contentus praefatus Vincentius dictum Didacum Vicarium Generalem bonis quoque exuere aggressus fuit, ejusque domesticam suppellectilem a supra dictis suis Ministris, & Executoribus accurate describi fecit, ac publico in foro venale se propositurum comminari non timuit, nisi ingens pecunia summa re ipsa sibi numeraretur, quam cum praedictus Didacus Vicarius Generalis promptam non haberet, illam ad redimendam suam suppellectilem praefatam, foenore accipere compulsus fuit. Nec tamen ea expressa pecunia summa, totque, ac tantis aliis illatis vexationibus idem Vincentius ingenio suo adhuc satisfecisse videbatur, sed, quemadmodum novissima illarum partium litera nunciarunt, de praefato Didaco Vicario Generali, & aliis aliquot Sacerdotibus in custodia detentis Panormum traducendis cogitabat. Quid porro deinde is evenerit, incompertum haecenus nobis est, deteriora tamen quaeque metuere nos cogit Viri temeritas, ac impudentia, qui tam probrosa, ac indigna facinora admittere non dubitavit, Ecclesiasticae Immunitatis hostis, & everfor factus, qui utpote Ecclesiae ministeris additus, illius potius vindex, ac propugnator esse debuisset.

Causa praesentis declarationis.

S.1. Cum autem praemissa omnia, quae ex processibus desuper confectis respective constant, ac ita notoria, & publica existunt, ut nulla possint tergiversatione celari, praefatis, aliisque Apostolicis Constitutionibus manifeste adversentur, necnon Ecclesiae libertati, atque auctoritati maximum, & gravissimum praedictum in-

tulerint, atque adhuc inferant, ac praeterea in scandalum plurimorum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi Sanguine redemptas in gravissima pericula conjecerint, & deplorandis malis involvere pergant. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in terris a Domino constituti sumus, libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam a temerariis, & perniciosis hujusmodi conatibus illasam tueri, & conservare, necnon animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, ac omnium, & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo decreta, ordinata, acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, necnon Tribunalium, Judicium, Ministrorum, Officialium, & aliorum quorumcumque in praemissis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quaecumque etiam specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & singillatim specificatis habentes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnia, & singula decreta, praeccepta, processus, sententias, ordinationes, mandata, & alia quolibet tam a praedicto Vincentio Aucello, sive per se, sive per alios, quam a quibusvis Tribunalibus, Judicibus, Ministris, & Officialibus, aliisque quibuscumque personis etiam specificis, & individua mentione dignis in praemissis, seu eorum occasione, in praedictum, ac detrimentum libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticae, atque auctoritatis Apostolicae respective quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciae esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore praesentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiore cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, annullamus, & abolemus, vitibusque, & effectu penitus, & omnino vacuum, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolutis, viribusque, & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

Declaratio nullitatis supra relatorum, cum eorumdem damnatione.

Publicatio incurfus in censuras S. Sedi reservatas.

S.2. Praeterea motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ex parte Omnipotentis Dei, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, eisdem Vincentium Aucellum, ejusque Nepotem Franciscum Aucellum, Joannem Baptistam de Albertis Notarium, Nicolaum Sciacca Actuarium, Laurentium Mauricellum, sive Morellum, & Josephum Xhiaxia Executores vulgo Algoziris nuncupatos, necnon N. N. N. N. N., & N. Stationarios Milites, qui praedicto Vincentio in praemissis damnabilem operam, & auxilium, ut

præfertur, præfiterent, propter eadem præmissa in majorem excommunicationem, ac in alias censuras, & poenas a Sacris Canonibus, Universalibus Conciliis, necnon prædictis, aliisque Constitutionibus Apostolicis, ac speciatim illa quotannis in die Coenæ Domini legi solita, contra similia perpetrantes inflictas, promulgatas, & fulminatas, a quibus non nisi a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo; nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præfita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi valeant, damnablem incurrisse, earumdem tenore præsentium declaramus, ipsosque, & eorum quemlibet excommunicatos publicamus, & denunciamus. Eisdem porro censuras, & poenas se incurrisse sciatis nedom alii omnes, cujuscumque tandem status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis fuerint, qui præmissa mandarunt, perpetrarunt, & executi fuerunt, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstiterunt, sed, & illos, qui in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eisdem præmissis quovis modo culpabiles fuerunt, seque præterea a censuris, & poenis hujusmodi non nisi pariter a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo sub certis modo, & forma superius expressis) absolvi, & liberari posse.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod tam specialiter nominati, ac ceteri supradicti, quam alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet præsentibus, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non conferant, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantialissimo, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retrahari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, & in concussis observari: sique & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis,

& eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus, quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis supradictis, aliisque quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, a Sede prædicta, ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de privilegiis, & indultis hujusmodi mentionem.

§.5. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vicem dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Dicecensis sub Annulo Piscatoris, die XVIII. Junii MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

LXXII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopalis, & Regi de suffragio concedendo in Capitulis Provincialibus singulis Prioribus Provinciae S. Antonini, & S. Crucis Fratrum Prædicatorum in Ind. Occident.

Dat. 2. Julii. 1712. An. 12.

De

De hoc suffragio vide Clem. VII Const. ed. 1533, Jul. 11. Pauli III Const. ed. 1540, Apr. 10. Et 1546, Jun. 1. Greg. XIII Const. ed. 1580, Idib. Julii. Alex. VII Const. ed. 1664, Nov. 8. Et Pauli V. Const. ed. 1611, Sep. 23. Inn. XII Const. ed. 1699, Oct. 9, mandata sunt observantia Constitutionum de fratribus conjunctis in Prioratibus pro Provincia Peruana. Hujus Pontificis Const. ed. 1715, Oct. 2, P. 15 extat abolitio, alternativa in Provincia S. Antonini. Et Const. ed. 1713, Jun. 16, P. 13 agitur de eodem suffragio pro Minoribus de Observ. in eisdem Indiis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Species facti.

Suffragium prædicti compebat Prioribus cujuscumque Domus vigore antiquæ praxi, & pluri Constitutionum Apostolicarum.

Nuper pro parte dilecti Filii Didaci de Herrera Lobaton Fratris expresse Professi Ordinis Prædicatorum, Procuratoris Provinciae S. Antonini novi Regni Granatenensis, & Sanctæ Crucis ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod inconcussa, & inveterata praxis in dictis Provinciis semper viguerat, ut licet ab earum Conventibus, seu Domibus exiguis, nempe duorum, trium, vel quatuor Religiosorum numerus aleretur, & in aliqua ex Domibus hujusmodi unus tantum Religiosus nomine Prioris habitaret, eo quia aliquot ex dictis Domibus pro Doctrinis, seu Parochiis ad instructionem Populorum illarum partium destinatae erant; nihilominus Domorum præfatarum Priores, seu Vicarii votum, sive suffragium in eorum Capitulis Provincialibus semper tulerant, ac in electione proprii Prioris Provincialis, tamquam legitimi Vocales habiti fuerant, quemadmodum dicta praxis approbata, & præscripta reperiebatur ad formam propriarum Constitutionum a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, videlicet a sel. rec. Clemente PP. VII. Prædecessore nostro vigore quarundam suarum literarum in simili forma Brevis die XI. Julii MDXXXIII. expeditarum, ac a rec. mem. Paulo PP. III. itidem Prædecessore nostro vigore quarundam suarum literarum in simili forma Brevis, primas quidem sub Dat. X. Aprilis MDXL. in quibus per sequentia verba disponebatur, idest: & quatenus Domus, & Loca ejusdem Ordinis duodenarium numerum Fratrum non habuissent, & numerum quatuor Fratrum hujusmodi dumtaxat continuissent, & illorum voces pro electione hujusmodi Prioris Provincialis juxta earundem Constitutionum formam sufficerent; alteras vero literas hujusmodi sub dat. prima Januarii MDXLVI. per infra scripta verba indulgebatur: ut dictarum Domorum Vicarii, etiam si in eis minus, quam quatuor Fratres existissent, vocem in electione dicti Prioris Provincialis haberent. Præterea idem colligebatur ex quibusdam aliis pia mem. Gregorii PP. XIII. similiter Prædecessoris nostri, Idibus Julii MDLXXX. sub plumbo signanter ad favorem memoratæ Provinciae S. Antonini expeditis literis, & denique per alias rec. pariter me: Alexandri PP. VII. itidem Prædecessoris nostri die VIII. Novembris MDCLXIV. in eadem forma Brevis expeditas literas statuiebatur, & ordi-

nabatur, ut eorundem Priorum electiones in Capitulo Provinciali ferrent, si vero electio extra Capitulum Provinciale facienda esset, illa per vota, sive suffragia secreta a Priore Provinciali una cum duodecim aliis Religiosis antiquioribus, ac in Conventu Principali fieret; ipsique Priores postea d. votum, sive suffragium in Capitulo præfato libere ferre possent.

§.1. Porro, hoc minime obstante, sæpe præsumtum fuerat, illam electionem Prioris Provincialis fuisse nullam, quæ celebrari contigisset in aliqua ex dictis Provinciis cum voto, sive suffragio Priorum, seu Vicariorum Domorum, seu Conventuum, in quibus non alebatur saltem octo Religiosorum numerus juxta præscriptum quarundam literarum similis me. Pauli PP. V. etiam Prædecessoris nostri die 23. Septembris MDCXI. in simili forma Brevis pariter expeditarum, per quas statuiebatur, ut Conventus præfati, qui numerum octo Religiosorum sustentare non potuissent, supprimi deberent; Si vero id executioni demandari non valuisset, Regularis ad alios Conventus, seu ad alias Doms Regularis transferrentur: Ita ut in partibus Indiarum non reperiretur Monasterium, aut Regularis Domus, in quo, seu qua minor numerus octo Monachorum, seu Fratrum regularem vitam duceret; & alias prout in supradictis Clementis, binis Pauli III., Gregorii, Pauli V., & Alexandri Prædecessorum præfatorum expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis, & insertis haberi volumus, uberius dicebatur contineri; & in eadem expositione subjuncto, quod memorati Pauli V. Prædecessoris literæ aliis supradictis, & præ ceteris illis ejusdem Alexandri Prædecessoris literis, quæ posterius emanarunt, avertabantur, minusque ejusmodi Pauli V. Prædecessoris literæ, quarum executio arbitrio Episcoporum tunc in eisdem partibus existentium, commissa fuerat, ut si ita pro Divini Cultus augmento, & Regularis Disciplina observantia expedire judicassent, super quo eorum conscientia onerabatur, ab eis executioni minime demandate reperiebantur, ac ex diuturna experientia comperit fuerat, quod eadem Pauli V. Prædecessoris literæ tunc producebantur, quando præsentibus agnoscebant, se votum ferentibus, vel non ferentibus, dictis Prioribus, posse includi, vel excludi; adeo ut hoc tantum tenderet ad perturbandas dictas Provincias, & ad fovendas continuas discordias inter Religiosos, & ad validandam, vel annullandam ad proprium libitum electionem. Proindeque eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut ipsa circa præmissa solitum juxta antiquam praxim Ordinis, & Provinciarum præfatarum servari mandaret, nempe, ut præfatis Pauli V. Prædecessoris literis minime obstantibus, Domus, seu Conventus, in quibus, tametsi numerus octo Religiosorum non aleretur, vel sustentaretur, in pristino ejus statu conservarentur, attentæ spirituali utilitate, quæ ex assistentia, & fervore memoratorum Religiosorum in instruendis in mysteriis Fidei Populis earundem Partium proveniebant, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Sanctæ Fidei in eisdem Indiis præfate Congregationis Cardinalium retulerat, ac insuper, ut hujusmodi Domorum, seu Conventuum Priores, & Vicarii voce, sive suffragio

Eis tamen adhibebatur Constitutio Pauli V.

Causa infectionis Decreti de Suffragio pro Prioribus non obstante Constitutione Pauli V.

in electionibus Priorum Provincialium in posterum gaudere deberent: Itaut electiones juxta tenorem Clementis, Pauli III., Gregorii, & Alexandri Prædecessorum præfatorum literarum, exinde faciendæ, pro validis, & canonicis haberentur: Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, audito Patre Magistro Generali Ordinis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, ac decrevit, servandum solitum, non obstante enunciatio Brevi Pauli V., & aliis quibuscumque. Romæ x. Junii MDCCXII. G. Cardinalis Carpinensis: F. Arch. Nicæus Secret. Locus * sigilli.

Decretum Congregationis

Præces Procuratoris Provinciarum

Confirmatio Relati Decreti

Clausula

§.2. Cum autem, sicut dictus Didacus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communitur plurimum desideret: Nos ipsius Didaci votis hac in re, quantum cum Domino possimus, favorabiliter annuere volentes, eum, que a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjuicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum, insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica consti-

tuta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die II. Julii MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

CLXXIII.

Declaratur nulla Decretum a potestate Comitatus Nicieni, editum, & concordia ab Ecclesiasticis cum Syndicis Terræ Villarii inita super solutione onerum Laicalium, cum poenis in contravenientes.

Dat. 9. Julii 1712. An. 12.

Consi. ed. 1711, Jul. 28, P. 11 nulla declarata fuisse Decreta Magni Consilii Varsavia super eadem solutione. Et Consi. ed. 1718, Dec. 10, P. 19 declaratur nullus Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magistratum Bernensium & Tigurinum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut accepimus, habito per Syndicos Terræ, seu Loci Villarii Nicieni, Diocesis ad Laicalem potestatem Civitatis, & Comitatus Nicieni, recursum ad hoc, ut Ecclesiastici dictæ Terræ ad Talliarum, & aliorum onerum Laicalium solutionem ratione bonorum per eos possessorum sub poena, in eventu quo repugnarent, executionis Militaris, obligarentur, die 26. Aprilis proxime præteriti iidem Syndici Rescriptum, seu Decretum ab eadem Laicali potestate obtinuerint, quo præcipitur, ut Ecclesiastici prædicti Tallias, & onera Laicalia hujusmodi pro rata non solum per ipsos acquiritorum, verum etiam suorum patrimonialium bonorum, juxta reparationem per Consules Universitatis dictæ Terræ faciendam persolvant, & succellive ipsi Ecclesiastici cum Syndicis prædictis ad exactionem Talliarum, & onerum Laicalium præfatorum pro rata bonorum per eosdem Ecclesiasticos possessorum vigore Rescripti, seu Decreti prædicti etiam sub minis ad ea in per viam procedendi omnino devenire paratos viderent, ut executionem hujusmodi, omnemque aliam vim, que sibi a Laicali potestate, & Sindicis prædictis inferri possent, evitarent, quamdam cum eisdem Syndicis conventionem inierint, per quam se ad solutionem rate partis Talliarum, & onerum Laicalium prædictorum eos tangentis ratione bonorum per eos possessorum, etiam patrimonialium iisdem modo, & forma, quibus illa Laici pro suis bonis persolvunt, faciendam obligarunt; ea adjecta conditione, ut casu, quo dicta eorum bona a Talliis, & oneribus hujusmodi immunia, & a Collectis exempta declarari, hancque declarationem a Principe Laico acceptari contingeret eorundem Ecclesiasticorum obligatio hujusmodi cessaret, ipsique in posterum Tallias, & onera Laicalia prædicta solvere minime tenerentur: Id tamen, quod a dicta Universitate usque ad tempus declarationis hujusmodi exactum forsitan foret ab eadem Universitate restitui non deberet, attentum quod jam nunc pro eo tempore id totum a dictis Ecclesiasticis ipsi Universitati dono gra-

Decretum præd. concessum Syndicis Villarii, quo cogentur Ecclesiasticos ad solutionem pro bonis a se possessorum.

Concordia ed. Syndicis inita ab Ecclesiasticis cum Syndicis Terræ.

tuito concedebatur, prout in Rescripto, seu Decreto, ac conventionem præfatis, quorum tenores non approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus plenius respective continetur; Præfatum vero Laicalem potestatis Rescriptum, seu Decretum, necnon prænarrata Ecclesiasticorum conventio, & obligatio Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositioni manifestè adversentur, ac libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam summopere lædant. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum Assertores in Terris a Domino constituti sumus, Ecclesiasticam libertatem a temerariis, ac perniciosis hujusmodi conatibus illatam tueri, ac conservare, necnon gravioribus, que ei per exactionem, & solutionem Talliarum, & onerum Laicalium prædictorum forsitan adhuc non incognitam inferri possent præjudicis, quantum nobis ex alto conceditur occurrere cupientes, ac omnium, & singulorum præmissis tam ab Ecclesiasticis, quam a Laicali potestate, & Sindicis, aliisque supradictis per se, vel alios quoscumque quomodolibet actorum, & gestorum seriem, causas, & occasiones, aliave quolibet etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac exactissime, & accuratissime specificatis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tam Rescriptum, seu Decretum a Laicali potestate editum, quam conventionem a dictis Ecclesiasticis cum prænarrata obligatione irritam, ut præsertur cum omnibus, & singulis in eis contentis, ac inde secutis, & quodcumque secuturus penitus, & omnino nulla, invalida, & irrita, nulliusque roboris, & momenti, vel efficacitatis esse, & ab initio fuisse, & perpetuo fore, tenore presentium decernimus, & declaramus: Et nihilominus ad majorem cautelam, & quantum opus sit, illa omnia, & singula, quatenus de facto processerunt, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus harum serie itidem, perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu, itaut nullum unquam præjudicium etiam minimum dictis Ecclesiasticis, aut libertati, & immunitati Ecclesiasticæ inferre, vel alias nocere, seu intulisse, vel nocuisse quoquo modo dici, censeri, prætendi, vel intelligi possint, penitus, & omnino vacuumus in omnibus, & per omnia, perinde ac si nunquam facta fuissent, nec evenissent, neque unquam fierent, vel evenirent, illaque eorundem tenore presentium damnamus, & reprobamus.

Causa presentis declarationis.

Declaratio nullitatis prædictæ, omnium cum eorundem revocatione.

Poenæ in executoribus Decreti, & Constitutionis.

§.1. Quo circa dictæ Universitati, illiusque Syndicis prædictis, ac Officialibus, & aliis Ministris quibuscumque sub censurarum, & aliis per Sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas inflictis Ecclesiasticis poenis; Omnibus vero, & singulis Ecclesiasticis prædictis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis, & excommunicationis ipso facto incurrendis poenis districte prohibemus, & interdiciamus, ne irritorum, & invalidorum Rescripti, seu Decreti, ac Conventionis, & obligationis hujusmodi vigore, dicti quidem Universitatis, & Syndici, aliique Officialis, & Ministri Tallias, & onera Laicalia præ-

dicta a prædictis Ecclesiasticis exigere; ipsi vero Ecclesiastici illa, vel aliam quamcumque summam sub quovis titulo, aut prætextu, solve abique nostro, & hujus Sanctæ Sedis beneplacito audeant quomodolibet, seu præsumant; salvis tamen, ac firmis remanentibus aliis quibuscumque censuris, & poenis Ecclesiasticis, quas præfati, & alii omnes in præmissis, que hæcenus acta fuerunt, culpabiles propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, a quibus non nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, post debitam Ecclesiæ præstitam satisfactionem (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in easdem censuras eo ipso quo convalescant) absolvi, & liberari valeant.

Clausula

§.2. Decernentes etiam easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & dignitatis existant, & alia specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cause propter quas presentes emanarunt sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissime, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre, seu interesse habentium consensus, aliave quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, seu extra illud uti, seu se jurare posse, sed ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R. Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Apostolicæ Nuncios, aliisque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functiones sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramen-